Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& in sinu suo leuabit · Ecce ipse portabit · Quis men
sus est pugillo aquas · & celos palmo ponderauit ·
Quis appendit tribus digitis molem terre · & librauit in
pondere montes & colles in statera · Quis adiuuit
spm dni · aut quis consiliarius eius fuit & ostendit illi ·
Cum quo initit consilium · & instruxit eum & docuit eum
semita iustitie · & erudiuit eum scientia · & uiam pru
dentie ostendit illi · Ecce gentes quasi stilla situle ·
& quasi momentum statere reputate sunt · Ecce insu
le quasi puluis exiguus · & libanus non sufficiet
ad succendendum · & animalia eius non sufficient ad
holocaustum · Omnes gentes quasi non sint sic sunt co
ram eo · & quasi nichilum & inane reputate sunt
ei · Hec dicit dnus ds · III

CONSVRGE consurge · induere fortitudi
nem brachium dni · Consurge sicut in diebus
antiquis · in generationibus seculi · Nunquid
tu percussisti superbum · uulnerasti draconem · Nunquid
non tu siccasti mare · aquam abyssi uehementis ·
Qui posuisti profundum maris uiam · ut transirent liberati ·
Et nunc qui redempti sunt a dno · reuertentur & uenient
in syon laudantes · & letitia sempiterna super ca
pita eorum · Gaudium & letitiam tenebunt · fugiet do
lor & gemitus · Ego ego ipse consolabor uos · Quis
tu ut timeres ab homine mortali · & a filio homi